

eul_wid: udm-ba

Πορφύριος ὁ Τύριος · Porphyry of Tyre

Fragments on the Seven Sages

Ἀποσπάσματα περὶ τῶν Ἑπτὰ Σοφῶν

Period: Ὀψιμαρχία [Late Antique](#)
Dialect: Κοινή φιλοσοφική [Philosophical Koine](#)
Domain: Φιλοσοφία [Philosophy](#)
Format: Συναγωγή [Collection](#)
Affiliation: [Neoplatonist](#)

2b, 260, F⁵ KYRILLOS c. Julian. I p. 28: γράφει δὲ οὕτως (sc. Πορφύριος) ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς Φιλοσόφου ἱστορίας· « ἐννέα δὲ ὄντων ἑπτὰ κληθῆναι σοφοὺς ἐξ αἰτίας τοιαύτης. ἀλιέως βόλον νεανίσκοις ἀποδομένου ἰχθύων συνέβη χρυσοῦν τρίποδα ἐν τῷ βόλῳ εὑρεθῆναι. τοῦ δὲ ἀλιέως ἰχθύς ἀλλὰ μὴ τρίποδα πεπρακέναι λέγοντος καὶ τῶν νεανίσκων εἰς τὴν ἑαυτῶν τύχην ἀναφερόντων τὴν εὕρησιν, ἔδοξε τῷ θεῷ τὴν κρίσιν ἐπιτρέψαι. τοῦ δὲ χρήσαντος διδόναι τὸν τρίποδα τῷ σοφῷ <ωτάτ> ωι, θάλητι πρώτῳ ὁ τρίπους προσηνέχθη. ὁ δὲ πρὸς Βίαντα ἀπέπεμψεν, ἐκεῖνον φάμενος εἶναι τὸν σοφῷ <ώτατ> ον. ὁ δὲ πρὸς ἕτερον πέμπει, κάκεῖνος πρὸς ἄλλον, ἕως εἰς τοὺς ἑπτὰ τοῦ τρίποδος ἐκπεριαχθέντος καὶ πάλιν ὑποστρέψαντος ἐπὶ τὸν πρῶτον, ἔδοξεν ἀναθεῖναι τῷ θεῷ· τοῦτον γὰρ εἶναι πάντων τὸν σοφώτατον. ὅποιαι τοίνυν αὐτῶν αἱ δόξαι γεγόνασιν, ἐπὶ καιροῦ λελέξεται πρὸς ἡμῶν. s. F 1.

2b, 260, F^{6a}—IX p. 300: γέγραφε δὲ ὥδι περὶ αὐτοῦ (sc. Πυθαγόρου) Πορφύριος ἐν βιβλίῳ πρώτῳ Φιλοσόφου ἱστορίας· « ἦν δὲ καὶ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων κτ λ. » (= Vit. Pyth. § 42).

2b, 260, F^{6b}—I p. 19: Πορφύριος γοῦν ἐπὶ παιδείᾳ κοσμικῇ δόξαν ἔχων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἀγεννῇ, ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τῆς Φιλοσόφου ἱστορίας τοιοῦτόν τι φησιν περὶ τῶν ὀνομασμένων σοφῶν « μὴ δυνάμενοι κτ λ. » (= Vit. Pyth. § 48).

2b, 260, F⁷ SOKRAT. H E III 23: Πορφύριος μὲν γὰρ Σωκράτους τὸν βίον διέσυρεν ἐν τῇ γεγραμμένῃ αὐτῷ Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ καὶ τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γράψας κατέλιπεν οἷα ἂν μήτε Μέλητος μήτε Ἄνυτος οἱ γραψάμενοι Σωκράτην εἰπεῖν ἐπεχείρησαν.

2b, 260, F⁸ KYRILL. c. Julian. VI p. 208 (THEODORET. Graec. aff. cur. I 27): Πορφύριος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Φιλοσόφου ἱστορίας· « τούτων δὲ οὕτω σαφηνισθέντων λέγωμεν περὶ τοῦ Σωκράτους τὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις μνήμης κατηξιωμένα, <τὰ μὲν πρὸς ἔπαινον αὐτοῦ καὶ φόγον πολλαχῶς ὑπὸ τῶν λογίων ἀνδρῶν μεμυθευμένα> ἐπ' ὀλίγον φυλοκρινούντες, καταλιπόντες δὲ ἀνεξέταστον τὸ εἶτε αὐτὸς εἰργάσατο σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθοτομικὴν, εἶτε ὁ πατὴρ αὐτοῦ μόνος. οὐδὲν γὰρ <ἐνέκοπτεν> αὐτῷ τοῦτο πρὸς σοφίαν, πρὸς ὀλίγον γε χρόνον ἐργασθῆναι. εἰ δὲ δὴ ἐρμολύφος ἦν, καὶ μᾶλλον· καθάρειος γὰρ ἡ τέχνη καὶ οὐ πρὸς ὀνειδίδους. » καὶ μεθ' ἕτερα· « δημιουργὸν γὰρ γενέσθαι τὸν Σωκράτην πατρῷαι τέχνῃ χρώμενον τῇ λατυπικῇ** καὶ Τίμαιος ἐν τῇ ἐνάτῃ (II I) λιθουργεῖν φησὶ μεμαθηκέναι Σωκράτην. εἰ δὲ ὁ μὲν (sc. Ἀριστοτέλης) διὰ δυσμένειαν <ἀν> αἰζίοπιστος, Τίμαιος δὲ διὰ ἡλικίαν—νεώτερος γάρ [ὁ

Ἀριστόξενο ς] —Μενεδήμωι τῷ Πυρραίωι χρηστέο ν , Πλάτωνος μὲν γεγονότι μαθητῇ ι , πρεσβυτέρωι δὲ γεγονότι Ἀριστοξένο υ , λέγοντι ἐν τῷ Φιλοκράτους ὅτι οὐκ ἐπαύετο Σωκράτης οὔτε ὑπὲρ τοῦ πατρὸς ὡς λιθουργοῦ λαλῶν οὔτε ὑπὲρ τῆς μητρὸς ὡς μαίᾱ ς . »

2b, 260, F 9 THEODORET. Graec. aff. cur. I 28—29: καὶ τὰ ἐξῆς δὲ τῆς αὐτῆς ἔχεται διανοίας· εἰσάγει γάρ τινας λέγοντας λιθουργικῇ τέχνῃ τὸν Σωκράτην χρησάμενον. ἀλλ' ἴσως τὴν μὲν πρώτην ἡλικίαν λιθουργῶν διετέλεσεν, ὕστερον δὲ λόγων ποιητικῶν καὶ ῥητορικῶν ἐρασθεὶς παιδείας μετέλαχεν. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν· πᾶν γὰρ τούναντίον εἶπεν ὁ Πορφύριος. λέγει δὲ οὕτως· « εἶναι δὲ αὐτὸν πρὸς οὐδὲν μὲν ἄφυ ἦ , ἀπαίδευτον δὲ περὶ πάντ α , ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν· σχεδὸν γὰρ οὐδὲ γράμματα πάνυ τι ἐπίστασθα ι , ἀλ λ ' εἶναι γελοῖο ν , ὁπότε τι δέοι ἢ γράψαι ἢ ἀναγνῶνα ι , βατταρίζοντα ὥσπερ τὰ παιδί α . »

2b, 260, F 10 KYRILLOS c. Julian. VI p. 185 (THEODORET. Graec. aff. cur. XII 61—63): καὶ ἀπιστήσῃ μὲν ἴσως ἅπας τις οὖν τοῖς περὶ τούτου (sc. Σωκράτους) λόγοις, οὐ μὴν ἔτι καὶ τοῖς Πορφυρίου γράμμασιν ἀντερεῖ, ὃς τὸν ἐκάστου τῶν ἀρχαιοτέρων ἀπεσημνήματο βίον· σκοπὸς γὰρ οὗτος γέγονεν αὐτῷ καὶ πολλῆς ἡξίωσε τὸ χρῆμα σπουδῆς. ἔφη τοίνυν ὡδὶ περὶ αὐτοῦ· « λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος ἀφηγούμενος τὸν βίον τοῦ Σωκράτους (I V) ἀκηκοέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ ὅ , ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντῳ ν . τοῦτον λέγειν ὅτι οὐ πολλοῖς αὐτός γε πιθανωτέροις ἐντετυχηκῶς εἶη· τοιαύτην εἶναι τὴν τε φωνὴν καὶ τὸ στόμα καὶ τὸ ἐπιφαινόμενον ἦθο ς , καὶ πρὸς πᾶσι δὲ τοῖς εἰρημένοις τὴν τοῦ εἵδους ιδιότητ α . γίνεσθαι δέ που τοῦτο ὅτε μὴ ὀργίζοιτο· ὅτε δὲ φλεχθεῖ ὑπὸ τοῦ πάθους τούτο υ , δεινὴν εἶναι τὴν ἀσχημοσύνην· οὐδενὸς γὰρ οὔτε ὀνόματος ἀπέχεσθαι οὔτε πράγματο ς . »

2b, 260, F 11c SUID. s. Σωκράτης gl. 1: Ἀριστόξενος δὲ Ἀρχελάου πρῶτον αὐτὸν (sc. Σωκράτην) διακοῦσαι λέγει, γεγονέναι δὲ αὐτοῦ καὶ παιδικὰ, σφοδρότατόν τε περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ ἀδίκηματος χωρὶς, ὡς Πορφύριος ἐν τῇ Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ φησὶν.

2b, 260, F 11b THEODORET. Graec. aff. cur. IV 2: καὶ γὰρ τὸν Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου φησὶν ὁ Πορφύριος εἰς ἀκολασίαν, ἡνίκα νέος ἦν, ἀποκλίναντα, σπουδῇ καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι.

2b, 260, F 11c —XII 63—68: (61—63 = F 10) καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα διεξελθὼν δείκνυσιν αὐτὸν καὶ ταῖς ἡδυπαθείαις δεδουλωμένον. λέγει δὲ οὕτως· « πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶνα ι , ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι· ἢ γὰρ ταῖς γαμεταῖς ἢ ταῖς κοιναῖς χρῆσθαι μόναι ς . δύο δὲ σχεῖν γυναῖκας ἄμ α , Ξανθίππην μὲν πολίτιν καὶ κοινωτέραν πω ς , Μυρτῶ δὲ Ἀριστείδου θυγατριδὴν τοῦ Λυσιμάχο υ . καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην προσπλακεῖσαν λαβεῖ ν , ἐξ ἧς ὁ Λαμπροκλῆς ἐγένετο τὴν δὲ Μυρτῶ γαμηθεῖσα ν , ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος ς . αὗται δὲ ξυνάπτουσαι μάχην πρὸς ἀλλήλας ἐπειδὰν παύσαιντο , ἐπὶ τὸν Σωκράτην ὥρμω ν , διὰ τὸ μηδέποτε αὐτὰς μαχομένας διακωλύει ν , γελᾶν δὲ καὶ ἀλλήλαις καὶ αὐτῷ μαχομένας ὀρῶντ α . εἶναι δὲ φησιν αὐτὸν ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἐνίοτε φιλαπεχθήμονα καὶ λοῖδορον καὶ ὕβριστικό ν . » καὶ ταῦτα δὲ περὶ τοῦ βίου Σωκράτους ὁ Πορφύριος ἔφη· « ἐλέγετο δὲ περὶ αὐτοῦ ὅ , ὡς ἄρα παῖς ὢν οὐκ εὖ βιώσειεν οὐδὲ εὐτάκτω ς . πρῶτον μὲν γὰρ φασιν αὐτὸν τῷ πατρὶ διατελέσαι ἀπειθοῦντ α , καὶ ὁπότε κελεύσειεν αὐτὸν λαβόντα τὰ ὄργανα τὰ περὶ τὴν τέχνην ἀπαντᾶν ὅπουδήποτ ε , ὀλιγωρήσαντα τοῦ προστάγματος περιτρέχειν αὐτό ν , ὅπου ποτὲ δόξειε ν . ἤδη δὲ περὶ τὰ ἑπτακαίδεκα ἔτη προσελθεῖν αὐτῷ Ἀρχέλαον τὸν Ἀναξαγόρου μαθητῇ ν , φάσκοντα ἐραστὴν εἶναι· τὸν δὲ Σωκράτην οὐκ ἀπόσασθαι τὴν ἔντευξίν τε καὶ ὁμιλίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀρχέλαο ν , ἀλλὰ γενέσθαι πα ρ ' αὐτῷ ἔτη συχνά· καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ Ἀρχελάου προτραπῆναι ἐπὶ τὰ φιλόσοφ α . » εἶτα μετ' ὀλίγα· « ἦν δὲ καὶ τῶν ἐπιτιμωμένων καὶ τάδε Σωκράτε ι , ὅτι εἰς

τοὺς ὄχλους εἰσωθεῖτο καὶ τὰς διατριβάς ἐποιεῖτο πρὸς ταῖς τραπέζαις καὶ πρὸς ταῖς Ἑρμαῖς. »
ταῦτα περὶ Σωκράτους ὁ Πορφύριος ἔφη καὶ ἄλλα ἄττα, ἃ ἐκὼν εἶναι παρέλιπον.

2b, 260, F 11^a KYRILL. c. Julian. VI p. 186: γέγραφε γὰρ ὡδὶ πάλιν περὶ αὐτοῦ Πορφύριος « ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν βίον τὰ μὲν ἄλλα εὐκόλον καὶ μικρὰς δεόμενον παρασκευῆς εἰς τὰ καθ' ἡμέραν γεγενῆσθαι, πρὸς δὲ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν σφοδρότερον μὲν εἶναι, ἀδικίαν δὲ μὴ προσεῖναι ἢ γὰρ ταῖς γαμεταῖς— Μενέξενος, »

2b, 260, F 12 STEPH. BYZ. s. Γάδρα· πόλις Παλαιστίνης. Πορφύριος γὰρ Φιλοσόφου ἱστορίας.

2b, 260, F 13 KYRILL. c. Julian. VI p. 208: καίτοι φησὶ καὶ περὶ αὐτοῦ Πορφύριος « ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματά, παρὰ δὲ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργεῖῳ παλαιστῇ τὰ κατὰ τὴν γυμναστικὴν· φασὶ δὲ καὶ Ἰσθμιά τινες καὶ Πύθια παλαῖσαι αὐτόν. »

2b, 260, F 14^a—I p. 31: Πορφύριος δὲ φησιν ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ Φιλοσόφου ἱστορίας, δοξάσαι τε τὸν Πλάτωνα καὶ μὴν καὶ φράσαι πάλιν περὶ ἐνὸς θεοῦ, ὄνομα δὲ αὐτῷ μηδὲν ἐφαρμόττειν, μηδὲ γινῶσιν ἀνθρωπίνην αὐτὸν καταλαβεῖν, τὰς δὲ λεγομένας προσηγορίας ἀπὸ τῶν ὑστέρων καταχρηστικῶς αὐτοῦ κατηγορεῖν.

2b, 260, F 14^b—II p. 45: φησὶ μὲν γὰρ ὁ Πορφύριος δοξάσαι τὸν Πλάτωνα περὶ οὐρανοῦ φάναι τε, ὅτι τὸ σωματοειδὲς αὐτοῦ συνέστη ἀπὸ τῶν τεσσάρων στοιχείων κτλ.

2b, 260, F 15—I p. 34 (VIII 271): Πορφύριος γὰρ φησὶ (271 γράφει τοίνυν Πορφύριος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ Φιλοσόφου ἱστορίας), Πλάτωνος ἐκτιθέμενος δόξαν· « ἄχρι 〈γὰρ〉 τριῶν ὑποστάσεων 〈ἔφη Πλάτων〉 τὴν τοῦ θεοῦ προελθεῖν οὐσίαν· εἶναι δὲ τὸν μὲν ἀνωτάτῳ θεὸν τὰγαθόν, μετ' αὐτὸν δὲ τὸν δευτέρον καὶ δημιουργόν, τρίτον δὲ καὶ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν· ἄχρι γὰρ ψυχῆς τὴν θεϊότητα προελθεῖν. 〈λοιπὸν δὲ τὸ ἄθεον ἀπὸ τῆς σωματικῆς ἐνῆρχθαι διαφορᾶς〉. »

2b, 260, F 16—I p. 34: καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Πορφύριος περὶ Πλάτωνος· « διὸ ἐν ἀπορρήτοις περὶ τούτων αἰνιττόμενός φησι· « περὶ τὸν βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἔνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἷτιον πάντων καλῶν· δευτέρον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. ὥς γὰρ πάντων μὲν περὶ τοὺς τρεῖς ὄντων θεού, ἀλλ' ἤδη πρώτως μὲν περὶ τὸν πάντων βασιλέα, δευτέρως δὲ περὶ τὸν ἀπ' ἐκείνου θεόν, καὶ τρίτως περὶ τὸν ἀπὸ τούτου. »

2b, 260, F 17—I p. 32: φησὶ γὰρ ὁ Πορφύριος ἐν τετάρτῳ βιβλίῳ Φιλοσόφου ἱστορίας, ὡς εἰπόντος Πλάτωνος περὶ τοῦ ἀγαθοῦ οὕτως· ἀπὸ δὲ τούτου τρόπον τινὰ ἀνθρώποις ἀνεπινόητον νοῦν γενέσθαι τε ὅλον καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑφεστῶτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντως ὄντα καὶ ἡ πᾶσα οὐσία τῶν ὄντων, ὃ δὴ καὶ πρώτως καλὸν καὶ αὐτοκαλόν, παρ' ἑαυτοῦ τῆς καλλονῆς ἔχον εἶδος κτλ.

2b, 260, F 18 TZETZ. Chil XI 525: δευτέρως δὲ ἐγκύκλια μαθήματα καλοῦνται ὁ κύκλος, τὸ συμπέρασμα πάντων τῶν μαθημάτων, γραμματικῆς, ῥητορικῆς, αὐτῆς φιλοσοφίας, καὶ τῶν τεσσάρων δὲ τεχνῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν κειμένων, τῆς ἀριθμοῦσης, μουσικῆς καὶ τῆς γεωμετρίας καὶ τῆς οὐρανοβάμονος αὐτῆς ἀστρονομίας. ἐγκύκλια μαθήματα δευτέρως ταῦτα πάντα, ὡς ἔγραψε Πορφύριος ἐν Βίοις φιλοσόφων καὶ ἕτεροι μυρίοι δὲ τῶν ἐλλογίμων ἄνδρες.

2b, 260, F 19 SUID. s. Ὀμηρος· καὶ γέγονε δὲ πρὸ τοῦ τεθῆναι τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα, πρὸ ἐνιαυτῶν νζ. Πορφύριος δὲ ἐν τῇ Φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ πρὸ ρλβ φησίν. ἐτέθη δὲ αὕτη μετὰ τὴν Τροίαν ἄλωσιν ἐνιαυτοῖς ὕστερον υζ (F 4). τινὲς δὲ μετὰ ρξ μόνους ἐνιαυτοὺς τῆς Ἰλίου ἀλώσεως τετέχθαι ἱστοροῦσιν Ὀμηρον, ὃ δὲ ῥηθεὶς Πορφύριος μετὰ σοε.

2b, 260, F 20 SUID. s. Ἡσίοδος· Πορφύριος καὶ ἄλλοι πλεῖστοι νεώτερον (sc. Ὀμήρου) ἑκατὸν ἐνιαυτοῖς ὀρίζουσιν, ὡς λβ μόνους ἐνιαυτοὺς συμπροτερεῖν τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος.

2b, 260, F 20^b EUSEB. HIER. a. Abr. 1208:: Hesiodus insignis habetur, ut vult Porphyrius.

2b, 260, F 21

SUID. s. Φερεκύδης Ἀθηναῖος (3 T 2): πρεσβύτερος τοῦ Συρίου, ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. Πορφύριος δὲ τοῦ προτέρου οὐδένα πρεσβύτερον δέχεται, ἀλλ' ἐκείνον μόνον ἡγεῖται ἀρχηγὸν συγγραφεῖς.

2b, 260, F 22 —s. Ἐμπεδοκλῆς ἡκροάσατο δὲ πρώτου Παρμενίδου, οὕτινος, ὥς φησιν Πορφύριος ἐν Φιλοσόφῳ ἱστορίαι, καὶ ἐγένετο παιδικά (21 A 2 Diels).

2b, 260, F 23 —s. Γοργίας Πορφύριος δὲ αὐτὸν ἐπὶ τῆς π Ὀλυμπιάδος τίθησιν· ἀλλὰ χρή νοεῖν πρεσβύτερον αὐτὸν εἶναι.

2b, 260, F 24 MALALAS Chron. II p. 56, 10 Bonn: τὸν δὲ Πλούταρχον τὸν Χαιρωνικὸν Πορφύριος ἐν τῇ Φιλοσόφῳ αὐτῷ χρονογραφίαι ἐδόξασε.

2b, 260, F 26 GEOGR. RAV. II 16 p. 91, 9 Pin—Parthey: quas diversas mesogeon Graecorum patrias multi descripserunt philosophi, ex quibus ego legi Iamblichum atque Pyriton et miserum Porfirium Graecorum philosophos Orientis descriptores, sed et superius dictum Castorium Romanorum cosmographum. sed non ipsi aequaliter, alius vero alio modo. ego autem secundum Castorium

2b, 260, F 27 —IV 3 p. 171, 6: item patria Licania Bosforaniae iuxta mare Ponticum posita. cuius patriae plurimos descriptores legimus, ex quibus nefandissimum Porphirium, Iamblichum, Livanium Graecorum philosophos, sed et Arbitonem et Lolianum atque Castorium Romanorum philosophos. sed ego secundum ... Livanium

2b, 260, F 28 —IV 5 p. 176, 7: ... iuxta regionem Meotidam ... patria maxima ... Dardania. in qua diversae patriae usque ad mare magnum Ponticum pertingunt, quarum multi fuerunt adscriptores ... nefandissimus Porphirius et Livanus atque Eutropius. sed nos ... secundum ... Livanium

2b, 260, F 29 —IV 6 p. 180, 2: ... Tracia. cuius patriae plurimi descriptores fuerunt philosophi; ex quibus ego legi praefatum miserrimum Porphirium nec non Livanium ... sed et Castorium et Lolianum atque Arbitonem ... ego autem secundum Livanium

2b, 260, F 30 GEOGR. RAV. IV 7 p. 185, 14: Mysiae duae.

2b, 260, F 31 EUSEB. HIER. Chron. praef. 8, 5 Helm: ex ethnicis vero impius ille Porphyrius in quarto operis sui libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Moysen Semiramin fuisse adfirmat, quae apud Assyrios CL ante Inachum regnavit annis. itaque iuxta eum DCCC paene et quinquaginta annis Troiano bello Moyses senior invenitur.

2b, 260, F 34 EUSEB. PE I 9 p. 31 A—C (X 9 p. 485 A—C): μέμνηται τούτων ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευήν, ἐν τετάρτῳ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὑποθέσεως ὧδε τῷ ἀνδρὶ (sc. Φίλῳ) (sc. Φίλῳ) (sc. Φίλῳ) μαρτυρῶν πρὸς λέξιν· « ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα α , ὅτι καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ συμφωνότατα α , Σαγχουνιάθων ὁ Βηρύτιος , εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱεροβάβελ τοῦ ἱερέως θεοῦ τοῦ Ἰεζάκι· ὃς Ἀβιβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεῖς ὑ π ' ἐκείνου καὶ τῶν κα τ ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη . οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν πίπτουσι χρόνων καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζουσι ν , ὥς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων μηνύουσι διαδοχαί . Σαγχουνιάθων δὲ <ὁ> κατὰ τὴν Φοινίκην διάλεκτον φιλαλήθως πᾶσαν τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν δὴ καὶ συγγράψας ἐπὶ Σεμιράμειος γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος , ἥ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἡ κα τ ' αὐτοῦ γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπτα ι . τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσεν Φίλῳ ὁ Βύβλιος . »

2b, 260, F 35

HIERON. Comm. i. Dan. prol.: contra prophetam Danielelem duodecimum librum scripsit Porphyrius, nolens eum ab ipso, cuius inscriptus est nomine, esse compositum, sed a quodam qui temporibus Antiochi, qui appellatus est Epiphanes, fuerit in Iudaea, et non tam Danielelem ventura dixisse, quam illum narrasse praeterita. denique quidquid usque ad Antiochum dixerit, veram historiam continere; si quid autem ultra opinatus sit, quia futura nescierit, esse mentitum. cui sollertissime responderunt Eusebius Apollinarius et ante hos ex parte Methodius.

2b, 260, F 36 ———: ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Graecorum historia necessaria est: Suctorii videlicet Callinici (III), Diodori, Hieronymi (154 T 13), Polybii, Posidonii (87 T 20), Claudii Theonis (VI) et Andronici cognomento Alipii (VI), quos et Porphyrius esse secutum se dicit. Iosephi quoque et eorum quos ponit Iosephus ¶ praecipueque nostri Livii et Pompeii Trogi atque Iustini, qui omnes extremae visionis narrant historiam, et ¶ post Alexandrum usque ad Caesarem Augustum Syriae et Aegypti, id est Seleuci et Antiochi et Ptolemaeorum bella describunt.

2b, 260, F 37 ———7, 7: Porphyrius duas posteriores bestias, Macedonum et Romanorum, in uno Macedonum regno ponit ‘pardum’ volens intelligi ipsum Alexandrum, bestiam autem dissimilem ceteris bestiis quatuor Alexandri successores. et deinde usque ad Antiochum cognomento Epiphanen decem reges enumerat qui fuerant saevissimi, ipsosque reges non unius ponit regni, verbi gratia Macedoniae Syriae Asiae et Aegypti, sed de diversis regnis unum efficit regum ordinem, ut videlicet ea quae scripta sunt ‘os loquens ingentia’ non de Antichristo, sed de Antiocho dicta credantur.

2b, 260, F 38 ———7, 8: frustra Porphyrius cornu parvulum, quod post decem cornua ortum est, Epiphanen Antiochum suspicatur, et de decem cornibus tria evulsa cornua sextum Ptolemaeum cognomento Philometorem, septimum Ptolemaeum Euergetem et Artaxiam regem Armeniae, quorum priores multo antequam Antiochus nasceretur mortui sunt. contra Artaxiam vero dimicasse quidem Antiochum novimus, sed illum in regno pristino permansisse.

2b, 260, F 39 ———9, 1: hic est Darius, qui cum Cyro Chaldaeos Babyloniosque superavit, ne putemus illum Darium, cuius anno secundo templum aedificatum est——quod Porphyrius suspicatur, ut annos Danielis extendat——vel eum qui ab Alexandro Macedonum rege superatus est.

2b, 260, F 40 ———HIERON. Comm. i. Dan. 11, 2: quatuor reges post Cyrum dicit in Perside surrecturos, Cambysen filium Cyri et Smerden Magum, qui Pantapten filiam Cambysis duxit uxorem. qui cum a septem magis fuisset occisus et in locum eius Darius suscepisset imperium, eadem Pantaptes nupsit Dario et ex eo Xerxen genuit filium, qui potentissimus rex et ditissimus adversum Graeciam innumerabilem duxit exercitum et ea gessit quae Graecorum narrant historiae. succendit enim Athenas sub principe Callia, bellumque eo tempore gestum est in Thermopylis et apud Salaminam navale certamen, quando Sophocles et Euripides clari habentur et Themistocles in Persas fugiens hausto tauri sanguine periit. frustra igitur quidem (F 39) Darium regem quartum, qui ab Alexandro superatus est, scribit; qui non quartus sed quartus decimus post Cyrum Persarum rex fuit, quem septimo imperii sui anno et superavit et occidit Alexander.

2b, 260, F 41 ———11, 3—4: (Alexander) qui Philippi filius fuit: hic enim Illyricis Thracibusque superatis, victa Graecia Thebisque subversis, transivit in Asiam; et fugatis Darii ducibus urbem Sardis cepit; posteaque capta India et urbe Alexandria condita, cum triginta duos aetatis haberet annos et duodecimum imperii annum, in Babylone periit. post Alexandrum in quatuor ventos coeli ...

regnum eius divisum est: in Aegypto enim primus regnavit Ptolemaeus Lagi filius in Macedonia Philippus qui et Arideus, frater Alexandri Syriae et Babylonis et superiorum locorum Seleucus Nicanor Asiae et Ponti caeterarumque in ipsa plaga provinciarum Antigonus quod liberos non habuerit excepto fratre Philippo, qui Macedonas tenuit praeter regna quatuor etiam in alios obscuriores et minores reges Macedonum regnum laceratum est: significat autem Perdiccam et Crateron et Lysimachum. nam Cappadocia et Armenia, Bithynia et Heraclia, Bosphorusque et aliae provinciae, de potestate Macedonum recedentes, diversos sibi reges constituerunt.

2b, 260, F 42 —11, 5: Ptolemaeum Lagi, qui primus regnavit in Aegypto, et vir prudentissimus fortissimusque ac ditissimus fuit et tantae potentiae, ut Pyrrhum regem Epirotarum expulsum restituerit in regnum, Cyprumque obtinuerit et Phoenicem; et victo Demetrio filio Antigoni Seleuco regni sui partem, quae ab Antigono fuerat ablata, restituerit (F 32, 4); Cariam quoque obtineret et multas insulas urbesque et regiones, de quibus non est huius temporis scribere Ptolemaeus Philadelphus secundus rex Aegypti (F 2, 3), filius Ptolemai superioris, sub quo LXX interpretes cuius bibliothecae praefuit Demetrius Phalereus, idem apud Graecos orator et philosophus; tantaeque potentiae fuisse narratur, ut Ptolemaeum patrem vinceret. narrant enim historiae habuisse eum peditum ducenta millia, equitum viginti millia, curruum vero duo millia, elephantos, quos primus eduxit ex Aethiopia, quadringentos; naves longas [quas nunc Liburnas vocant] mille quingentas, alias ad cibaria militum deportanda mille; auri quoque et argenti grande pondus, ita ut de Aegypto per singulos annos quattuordecim millia et octingenta talenta argenti acceperit, et frumenti artabas [quae mensura tres modios et tertiam modii partem habet] quinquies et decies centena millia.

2b, 260, F 43 —HIERON. Comm. i. Dan. 11, 6—9: primum Syriae regnavite ... Seleucus cognomento Nicanor; secundus Antiochus qui appellatus est Soter; tertius et ipse Antiochus qui vocabatur Θεός ... iste adversus Ptolemaeum Philadelphum gessit bella quam plurima et totis Babylonis atque Orientis viribus dimicavit. volens itaque Ptolemaeus Philadelphus post multos annos molestum finire certamen, filiam suam nomine Berenicen Antiocho uxorem dedit, qui de priore uxore nomine Laodice habebat duos filios, Seleucum qui cognominatus est Callinicus et alterum Antiochum (F 32, 7); deduxitque eam usque Peusium, et infinita auri et argenti millia dotis nomine dedit, unde φερνοφόρος ... lappellata est. Antiochus autem Berenicen consortem regni habere se dicens et Laodicen in concubinae locum, post multum temporis amore superatus Laodicen cum liberis suis reducit in regiam. quae metuens ambigui viri animum, ne Berenicen reduceret, virum per ministros veneno interfecit; Berenicen autem cum filio, qui ex Antiocho natus erat, Icadioni et Genn <a> eo Antiochiae principibus occidendam tradidit; filiumque suum maiorem Seleucum Callinicum in patris loco regem constituit occisa Berenice et mortuo Ptolemaeo Philadelpho patre eius in Aegypto, frater illius et ipse Ptolemaeus cognomento Euergetes, tertius successit in regnum et venit cum exercitu magno et ingressus est provinciam Seleuci cognomento Callinici, qui cum matre Laodice regnabat in Syria, et abusus est eis et obtinuit in tantum ut Syriam caperet et Ciliciam superioresque partes trans Euphraten et prope modum universam Asiam. cumque audisset in Aegypto seditionem moveri, diripiens regnum Seleuci quadraginta millia talentorum argenti tulit et vasa pretiosa simulacraque deorum duo millia quingenta, in quibus erant et illa quae Cambyzes capta Aegypto [et] in Persas portaverat. denique gens Aegyptiorum [idolatriae dedita], quia post multos annos deos eorum retulerat, Euergeten eum appellavit. et Syriam

quidem ipse obtinuit, Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit, et Xanthippo alteri duci provincias trans Euphraten.

2b, 260, F 44 —11, 10—14: post fugam et mortem Seleuci Callinici duo filii eius Seleucus cognomento Ceraunus et Antiochus qui appellatus est Magnus, provocati spe victoriae et ultione parentis, exercitu congregato adversus Ptolemaeum Philopatorem arma corripunt. cumque Seleucus maior frater tertio anno imperii esset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris et Apaturii (F 32, 9), exercitus qui erat in Syria Antiochum fratrem eius cognomento Magnum de Babylone vocavit ad regnum Antiochus Magnus venerit de Babylone in Syriam, quae eo tempore tenebatur a Ptolemaeo Philopatore filio Euergetis, qui quartus regnavit in Aegypto, cumque pugnasset adversum duces eius, immo proditione Theodoti[i] obtinuisset Syriam in tantam venit audaciam, contempta luxuria Philopatoris et magicis artibus quibus inservire dicebatur, ut ultro Aegyptiis bellum conaretur inferre Ptolemaeus ... cognomento Philopator, amissa Syria proditione Theodoti[i], congregavit plurimam multitudinem et ingressus est adversus Antiochum Magnum inito ergo certamine iuxta oppidum Raphiae, quod in foribus Aegypti est, omnem Antiochus amisit exercitum, et per deserta fugiens paene captus est. cumque cessisset Syria, ad extremum foedere et quibusdam conditionibus pugna finita est.

2b, 260, F 45 HIERON. Comm. i. Dan. 11, 13—14: Antiochum Magnum qui contempta Ptolemaei Philopatoris ignavia, eo quod deperiret Agathocleam psaltriam fratremque eius et ipsum Agathoclen haberet concubinum, quem postea Aegypti ducem constituit, incredibilem de superioribus locis Babylonis exercitum congregavit, et Ptolemaeo Philopatore mortuo adversum filium eius, qui tunc quatuor annorum erat et vocabatur Ptolemaeus Ἐπιφανής, rupto foedere movit exercitum. tantae enim dissolutionis et superbiae Agathocles fuit, ut subditae prius Aegypto provinciae rebellarent ipsaque Aegyptus seditionibus vexaretur. Philippus quoque rex Macedonum et Magnus Antiochus pace facta adversum Agathoclem et Ptolemaeum Epiphanen dimicaverunt, sub hac condicione ut proximas civitates regno suo singuli de regno Ptolemaei iungerent. cumque Antiochus teneret Iudaeam, missus Scopas Aet[h]olus dux Ptolemaei partium adversus Antiochum fortiter dimicavit, cepitque Iudaeam et optimates Ptolemaei partium secum abducens in Aegyptum reversus est.

2b, 260, F 46 —11, 15—16: Antiochus volens Iudaeam recuperare et Syriae urbes plurimas, Scopam ducem Ptolemaei iuxta fontes Iordanis, ubi nunc Paneas condita est, inito certamine fugavit et cum decem millibus armatorum obsedit clausum in Sidone. ob quem liberandum misit Ptolemaeus duces inclytos <A> eropum et Menoclem et Damoxenum, sed obsidionem solvere non potuit, donec fame superatus Scopas manus dedit et nudus cum sociis dimissus est. quodque ait ‘comportabit aggerem’ illud significat, quod praesidium Scopae in arce Ierosolymorum annitentibus Iudaeis multo tempore oppugnarit et ceperit alias urbes, quae prius a Ptolemaei partibus tenebantur, Syriae et Ciliciae et Lyciae. eo enim tempore captae sunt Aphrodisias et Soloe et Zephyrion et Mallos et Anemurium et Selenium et Coracesium et Coricus et Andriace et Limyra et Patara et Xanthus et ad extremum Ephesus: de quibus universis et Graeca et Romana narrat historia.

2b, 260, F 47 —11, 17—19: volens Antiochus non solum Syriam et Ciliciam et Lyciam et alias provincias, quae Ptolemaei fuerant partium, possidere, sed in Aegyptum quoque regnum suum extendere, filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescentis despondit Ptolemaeo et tertio decimo anno tradidit, data ei dotis nomine omni Coelesyria et Iudaea ... neque ... obtinere potuit Aegyptum, quia Ptolemaeus Epiphanes et duces eius sentientes dolum cautius se egerunt et Cleopatra magis viri partes quam parentis fovit. unde vertit se ad

Asiam, et navali certamine adversum plurimas insulas dimicans cepit Rhodum et Samum et Colophonam et Phoceam et alias multas insulas. sed occurrit ei L. Scipio Nasica cum fratre suo Publio Scipione Africano, qui Annibalem vicerat. cum enim consul Nasica frater Africani hebetioris esset ingenii et contra regem potentissimum senatus ei bellum nollet credere, spontaneam legationem obtulit Africanus pro fratris iniuria. victus ergo Antiochus intra Taurum regnare iussus est, et inde fugit ad Apamiam ac Susam, et ultimas regni sui penetravit urbes. cumque adversus Elimaeos pugnaret, cum omni est deletus exercitu (F 32, 10).

2b, 260, F 48 HIERON. Comm. i. Dan. 11, 20 et stabit in loco eius vilissimus]: Seleucum dicit cognomento Philopatorem, filium Magni Antiochi, qui nihil dignum Syriae et patris gessit imperio et abque ullis praeliis inglorius periit. porro Porphyrius non vult hunc esse Seleucum, sed Ptolemaeum Epiphanen, qui Seleuco sit molitus insidias et adversum eum exercitum praeparaverit et idcirco veneno sit interfectus a ducibus suis. quod cum unus ab illo quaereret, tantas res moliens ubi haberet pecuniam, respondit, sibi amicos esse divitias. quod cum divulgatum esset in populis, timuerunt duces ne auferret eorum substantiam et idcirco eum maleficis artibus occiderunt. sed quomodo potest in loco Magni Antiochi stare Ptolemaeus, qui hoc omnino non fecit maxime cum LXX interpretati sunt ‘et stabit de radice eius plantatio’ Hebraei vilissimum et indignum decore regio Tryphonem intellegi volunt, qui tutor pueri arripuit tyrannidem.

2b, 260, F 49a—11, 21 ff. et stabit in loco eius despecius]: hucusque ordo historiae sequitur et inter Porphyrium ac nostros nulla contentio est. cetera quae secuntur usque ad finem voluminis ille interpretatur super persona Antiochi (F 35), qui cognominatus est Epiphanes, frater Seleuci, filius Antiochi Magni, qui post Seleucum XI annis regnavit in Syria obtinuitque Iudaeam. sub quo legis dei persecutio et Maccabaeorum bella narrantur, nostri autem haec omnia de Antichristo prophetari arbitrantur. sequamur igitur expositionis ordinem et iuxta utramque explanationem quid adversariis quid nostris videatur breviter annotemus. stabit (inquiunt) in loco Seleuci frater eius Antiochus Epiphanes, cui primum ab his qui in Syria Ptolemaco favebant, non dabatur honor regius. sed postea simulatione clementiae obtinuit regnum Syriae..... et non solum (ait) Ptolemaeum vicit fraudulentia, sed ducem quoque foederis, hoc est Iudam Maccabaeum superavit dolis Ptolemaeum autem hic non Epiphanem significat, qui quintus regnavit in Aegypto sed Ptolemaeum Philometorem, filium Cleopatrae sororis Antiochi, cuius hic avunculus fuit. et cum post mortem Cleopatrae (F 47) Eulaius eunuchus nutritius Philometoris et Leneus Aegyptum regerent et repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupaverat, ortum est inter avunculum et puerum Ptolemaeum praelium; cumque inter Pelusium et montem Casium praelium commisissent, victi sunt duces Ptolemaei. porro Antiochus parcens puero et amicitias simulans ascendit Memphim, et ibi ex more Aegypti regnum accipiens puerique rebus se providere dicens cum modico populo omnem Aegyptum subiugavit sibi. et abundantes atque uberrimas ingressus est civitates, fecitque quae non fecerunt patres eius et patres patrum illius: nullus enim regum Syriae ita vastavit Aegyptum; et omnes eorum divitias dissipavit, et tam callidus fuit, ut prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant sua fraude subverteret. haec Porphyrius sequens Suctorium (F 36) sermone latissimo prosecutus est, quae nos brevi compendio diximus. nostri autem et melius interpretantur et rectius

2b, 260, F 49b—11, 25—28: haec Porphyrius interpretatur de Antiocho, qui adversus Ptolemaeum sororis suae filium profectus est cum exercitu magno. sed et ... duces Ptolemaei provocati sunt ad bellum multis auxiliis et fortibus <a> nimis, et non potuerunt resistere Antiochi consiliis

fraudentis, qui simulavit pacem cum sororis filio et comedit cum eo panem et postea occupavit Aegyptum nulli dubium est quin Antiochus pacem cum Ptolemaeo fecerit et inierit cum eo convivium et dolos machinatus sit et nihil profecerit, quia regnum eius non potuerit obtinere, sed a militibus Ptolemaei eiectus sit.

2b, 260, F 50 HIERON. Comm. i. Dan. 11, 29—30: et Graeca et Romana narrat historia, postquam reversus est Antiochus expulsus ab Aegyptiis (F 49 b), venisse eum in Iudaeam et spoliasset templum et auri tulisse quam plurimum, positoque in arce praesidio Macedonum reversum in terram suam. et [post biennium] rursum contra Ptolemaeum exercitum congregasse et venisse ad Austrum. cumque duo fratres Ptolemaei, Cleopatrae filii, quorum avunculus erat, obsiderentur Alexandriae, legatos venisse Romanos, quorum unus Marcus Popilius Lenas cum eum stantem invenisset in litore et senatus consultum dedisset, quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere et suo imperio esse contentus, et ille ad amicorum responsionem consilium distulisset, orbem dicitur fecisse in arenis baculo, quem tenebat in manu, et circumscripsisse regem atque dixisse ‘senatus et populus Romanus praecipunt, ut in isto loco respondeas, quid consilii geras.’ quibus dictis ille perterritus ait ‘si hoc placet senatui et populo Romano, recedendum est’, atque ita statim movit exercitum. ‘percussus’ autem dicitur esse, non quod interierit, sed quod omnen arrogantiae perdiderit magnitudinem.

2b, 260, F 51 —11, 31: volunt autem eos significari qui ab Antiocho missi sunt post biennium quam templum exspoliaverat, ut tributa exigere a Iudaeis et auferrent cultum dei et in templo Ierusalem Iovis Olympii simulacrum et Antiochi statuas ponerent, quas nunc ‘abominationem desolationis’ vocat, quando ablatum est holocaustum et iuge sacrificium

2b, 260, F 52 —11, 34—35: ‘parvulum auxilium’ Mathathiam significari arbitratur Porphyrius, de vico Modin (F 54), qui adversum duces Antiochi rebellavit ... parvum autem, inquit, auxilium vocat, quia occisus est in praelio Mathathias, et postea Iudas filius eius, qui vocabatur Machabaeus, pugnans cecidit, et ceteri fratres eius adversariorum fraude decepti sunt.

2b, 260, F 53 HIERON. Comm. i. Dan. 11, 36: et faciet iuxta voluntatem suam rex] ab hoc loco Iudaei dici de Antichristo putant Porphyrius autem et caeteri qui sequuntur eum de Antiocho Epiphane dici arbitrantur, quod [erectus sit contra cultum dei et] in tantam superbiam venerit, ut in templo Ierosolymis simulacrum suum poni iusserit siquidem Polybius (XXXI 9) et Diodorus (—), qui bibliothecarum scribunt historias, narrant eum non solum contra deum fecisse Iudaeae, sed avaritiae facibus accensum etiam templum Dianae in Elimaide (F 56), quod erat ditissimum, spoliare conatum, oppressumque a custodibus templi et vicinis circum gentibus, et quibusdam phantasiis atque terroribus versum in amentiam, ac postremum morbo interiisse. et hoc ei accidisse commemorant, quia templum Dianae violare conatus sit.

2b, 260, F 54 —11, 37 ff.: (Antiochos) qui luxuriosissimus fuisse dicitur et in tantum dedecus per stupra et corruptelas venisse regiae dignitatis, ut mimis quoque et scortis publice iungeretur et libidinem suam populo praesente compleret. deum Maozim ridicule Porphyrius interpretatus est, ut diceret in vico Modin, unde fuit Mathathias (F 52) et filii eius, Antiochi duces Iovi posuisse statuam et compulisse Iudaeos, ut ei victimas immolarent, id est deo Modin.

2b, 260, F 55 —11, 40—41: et haec Porphyrius ad Antiochum refert, quod undecimo anno regni sui rursus contra sororis filium Ptolemaeum Philometorem dimicaverit. qui audiens venire Antiochum congregavit multa populorum millia. sed Antiochus quasi tempestas valida in curribus et in equitibus et in classe magna ingressus sit terras plurimas et transeundo universa vastaverit;

veneritque ad terram inclytam, id est Iudaeam et arcem munierit de ruinis murorum civitatis et sic perrexerit in Aegyptum. Antiochus (aiunt) festinans contra Ptolemaeum Idumaeos et Moabitas et Ammonitas, qui ex latere Iudaeae erant, non tetigit, ne occupatus alio proelio Ptolemaeum redderet fortioorem.

2b, 260, F 56—11, 44—45: et in hoc loco Porphyrius tale nescio quid de Antiocho somniat: pugnans (inquit) contra Aegyptios et Libyas Aethiopasque pertransiens, audiet sibi ab Aquilone et ab Oriente praelia concitar; unde et regrediens capiet Aradios resistentes et omnem in litore Phoenicis vastabit provinciam. confestimque perget ad Artaxiam regem Armeniae (F 38), qui de Orientis partibus movebitur et interfectis plurimis de eius exercitu ponet tabernaculum suum in loco Apedno, qui inter duo latissima situs est flumina, Tigrim et Euphratem. cumque hucusque processerit, in quo monte inclyto sederit et sancto, dicere non potest quia secutus est Theodotionis interpretationem, qui ait ‘inter media maria super montem Saba sanctum’. cumque Saba nomen montis vel Armeniae vel Mesopotamiae putet, quare sit sanctus dicere non potest ‘et veniet’ inquit ‘usque ad summitatem ipsius montis’ in Elimaide provincia, quae est ultima Persarum ad orientem regio; ibique volens templum Dianae (F 53) spoliare, quod infinita donaria habebat, fugatus a barbaris est, qui mira veneratione fanum illud suspiciebant, et mortuus est moerore consumptus in Tabes oppido Persidis.

2b, 260, F 57—HIERON. Comm. i. Dan. 12, 1ff.: hactenus Porphyrius utcumque se tenuit et tam nostrorum imperitis quam suorum male eruditus imposuit. de hoc capitulo quid dicturus est, in quo mortuorum describitur resurrectio ? et hoc (inquit) de Antiocho scriptum est, qui vadens in Persidem Lysiae, qui Antiochiae et Phoeniciae praeerat, reliquit exercitum, ut adversus Iudaeos pugnaret urbemque eorum Ierusalem subverteret. quae omnia narrat Iosephus, historiae auctor Hebraeae, quod talis fuerit tribulatio, qualis nunquam reddita autem victoria et caesis Antiochi ducibus ipsoque Antiocho in Perside mortuo, salvatus est populus Israel ponit quoque historiam de Machabaeis, in qua dicitur multos Iudaeorum sub Mathathia et Iuda Machabaeo ad eremum confugisse et latuisse in speluncis et in cavernis petrarum ac post victoriam processisse. et haec μεταφορικῶς quasi de resurrectione mortuorum esse praedicta.

2b, 260, F 58a—12, 7: ‘tempus et tempora et dimidium temporis’ tres et semis annos interpretatur Porphyrius, quod et nos iuxta scripturarum sacrarum idioma non negamus refert Porphyrius ad Antiochum et ad tres et semis annos, quibus templum dicit fuisse desertum (167—164)

2b, 260, F 58b—12, 11: hos mille ducentos nonaginta dies Porphyrius in tempore Antiochi et in desolatione templi dicit completos, quam et Iosephus (XII 320—321) et Machabaeorum, ut diximus, liber (II 10, 3) tribus tantum annis fuisse commemorant.

2b, 260, F 58c—12, 12: Porphyrius hunc locum ita edisserit, ut quadraginta quinque dies, qui super mille ducentos nonaginta sunt, victoriae contra duces Antiochi tempus significant, quando Iudas Machabaeus fortiter dimicavit et emundavit templum idolumque contrivit et victimas obtulit in templo dei. quod recte diceret, si Machabaeorum liber tribus et semis annis templum scriberet fuisse pollutum et non tribus.

2b, 260, F 59—MAKAR. MAGN. Apocrit. III 15: οὐδὲ τῶν Ἑριννύων αἱ φαντασίαι ποτὲ τοῖς ἐκτόπως ζῶσι τοῦτο κατεμήνυσαν, οὐδὲ Ποτιδαῖται, εἰ μὴ λιμὸς ἀπάνθρωπος αὐτοὺς κατέλεπτε, τοῦτο κατεδέξαντο. οὐδεὶς παρὰ διδασκάλου τοιοῦτο μυσαρὸν ἐδιδάχθη μάθημα. κἂν Σκυθίαν ταῖς

ἱστορίαις παρέλθῃς, καὶ τοὺς Μακροβίου διέλθῃς Αἰθίοπας, καὶ τὴν Ὠκεάνιον ζώνην ἐν κύκλῳ διηπεύσῃς, Φθειροφάγους μὲν καὶ Ῥιζοφάγους εὐρήσεις, Ἑρπετοσίτας καὶ Μυοτρώκτας ἀκούσεις, σάρκων δ' ἀνθρωπείων πάντα ἀπεχομένους.

2b, 260, F 60 AUGUSTIN. epp. 102, 8: longo post tempore (sc. Porphyrius dicit) lex Iudaeorum apparuit ac viguit angusta Syriae regione, postea vero prorepsit etiam in fines Italos, sed post Caesarem Gaium aut certe ipso imperante.

2b, 260, F 61 HIERON. epp. 133, 9: quod solet nobis obicere ... Porphyrius Britannia fertilis provincia tyrannorum.